

1542. 22. February

Quietatio Ducum Bavariæ ratione Dotis.

20

Nos Otto Henricus, et Philipus, Dei Gratia Comes, Palatini Rheni Inferioris, Superiorisque Bavariæ Duces etc. tenore presentium recognoscimus et fatemur. Quod cum Serenissimo Principe et Domino Domino Sigismundo Rege Poloniæ, Magno Duce Lithvaniæ, Russiæ, totiusque Prussiæ et Masoviæ etc. Domino et Herede Cognato Nostro observantissimo ratione Dotis felicissime recordationis Illustrissimo Principi Georgio quondam Bavariæ Duci, Avo Nostro Materno promissæ et hætenus non præstite convenimus, ut pro eiusmodi Dote nondum soluta Decem et Octo Millia Aureorum Hungaricorum Nobis per Serenitatem suam Regiam et eius Successores ita solverentur, ut statim Quatuor Millia eiusmodi Aureorum Hungaricorum numerentur, et de residua Summa quotannis per duo Millia ad festum purgationis Mariæ Norinberge in Moneta ibi currenti ad Valorem Hungaricorum Aureorum ibidem quovis tempore existentem satisfiat etc. Juxta tenorem Literarum Concordiæ Nobis eo nomine datarum; Et quandoquidem duo Millia eiusmodi Aureorum Hungaricorum que ad festum purgationis Divæ Virginis Mariæ huius anni debebantur Nobis per Georgium Hofman Civem Norinpergenssem nomine

mine

mine Serenitatis sue soluta sunt, quod ratione eius-
modi Solutionis Serenitatem suam et eius Suc-
cessores liberos et quietos dixerimus, Quemad-
modum vigore presentium quietamus, et liberos
pronuntiamus promittentes neque nos, neque
Successores nostros eam summam amplius
petituros, seu quovis modo exacturos. In cuius
rei fidem has literas vel Quitantiam
ut vulgo vocant una cum nostrorum ambo-
rum sigillo ampensio, et manuum nostrarum
subscriptione dedimus apud Neubur-
gum Danubij oppidum nostrum in festo Pur-
gationis Marie Anno à restituta salute
nostra, Millesimo Quingentesimo Quadra-
gesimo Secundo.

Otto harricus Comes Palatinus
Rheni Utriusque Bavarie Dux
subscripsit
Philippus Comes Palatinus Rheni
Utriusque Bavarie Dux subscripsit.

Ta Kopia wypisana z Oryginatu Bar-
gaminowego Tysiecznego siedmsetnego
osmdziesiqtego szqtego Roku, Dnia
Trzydziestego miesiqca Sierpnia
u ktorego dotu na Zawiasce Bar-
gaminowej wisi Pieczec jedna.